

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4. vtrum delectatio sit mensura, vel regula secu[n]du[m] quam iudicetur bonum, vel malum in moralibus.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

Super questionis tri-
gesimae quartae, articu-
lum tertium.

ne delectabile est bonum bonitate
moralis, q̄ attenditur s̄m rōnem.

A D I. Dicendum, q̄ ideo de-
lectatio non q̄r̄ ppter aliud, q̄a
est quies in fine finem autem con-
tingit esse bonum, & malum, q̄uis
numquam sit finis, nū secundum
quod est bonum q̄o ad hunc, ita
etiam est delectatione.

A D T E R T I U M Dicendum,
quod hoc modo omnia appetunt
delectationem sicut & bonum, cū
delectatio sit quies appetitus in bo-
no: sed sicut contingit non om-
ne bonum quod appetitur, esset p-
se & uere bonum, ita nō oīs dele-
ctatio est per se & uere bona.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliqua delectatio sit optimum.

A D T E R T I U M sic procedi-
tur. Vf, q̄ nulla delectatio
sit optimum. Nulla n. generatio ē
optimum: nam generatio nō pōt
esse ultimus finis: sed delectatio
consequitur generationem: nam
ex eo, quod aliquid cōstituitur in
suam naturam, delectatur, ut supra
dictum est. ergo nulla delectatio
potest esse optimum.

¶ 2 Prat. Illud quod est optimum, nullo addito potest fieri melius: sed
delectatio aliquo addito sit me-
lior: est enim melior delectatio cū
virtute, q̄ sine virtute: ergo dele-
ctatio non est optimum.

¶ 3 Prat. Id quod est optimum, ē
uniuersaliter bonum, sicut per se
bonum existens. nā quod est per se,
est prius & potius eo quod est
per accidens: sed delectatio non
est uniuersaliter bonum, ut dictum
est. ergo delectatio non est opti-
mum.

S E C O N D A. Beatitudo, est
optimum, cū sit finis humanae
uitæ: sed beatitudo non ē sine de-
lectatione. dicitur enim in psalm.
15. Adimplebis me legitima cū nultu
tuo, delectationes in dexteratu
usque in finem.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod * Pla-
to non posuit oīs delectationes
cē malas, sicut Stoici; neque omnes
esse bonas, sicut Epicurei: sed
quādam esse bonas, & quādam
esse malas; ita tamen quod nulla
sit summum bonū, uel optimum.
Sed quantum ex eius rōnib. datur
intelligi, in duobus deficit. In uno
q̄ndem, quia cū uideret delecta-
tiones sensibiles & corporales in
quodam motu & generatione cō-
sistere, sicut pater in replectione
ciborum, & huiusmodi, aestima-
uit omnes delectationes cōsequi
generationem & motum: unde,

A cū generatio & motus sint actū
imperfecti, sequeretur p̄ delecta-
tio non haberet rōnem ultimæ p-
fectionis: sed hoc manifeste appa-
ret falso in delectationib. intel-
lectualibus. Aliquis n. non solum
delectatur in gñatione sc̄ientiæ, pu-
ta, cū addic̄it, aut miratur, sicut
supradictum est: sed ē in contem-
plando s̄m scientiam lā acquīstā.
Alio uero modo, q̄a dicebat optimū
illud, qd̄ ē simpliciter sum-
mum bonum, quod s̄ est ipsum
bonum quasi abstractum, & non
participatum, sicut ipse Deus est
summum bonum: nos autem log-
mur de optimo in reb. humanis:
optimum autem i unaquaq; re ē
ultimus finis. Finis autem, ut * su-
dictum est, duplicitate dicitur, & ipsa res,
& usus rei, sicut finis auarii est
pecunia, uel possesso pecunia,
& secundum hoc, ultimus finis
hominis dici potest uel ipse
Deus, qui est summum bonū sim-
pliciter, uel fructu ipsius, quæ im-
portat delectationem quandam
in ultimo fine: & per hunc modū
aliqua delectatio hominis pōt di-
ci optimum inter bona humana.

A D P R I M U M ergo dicendum,
q̄ non oīs delectatio consequitur
generationem: sed aliqua delecta-
tions consequuntur operations
perfectas, ut * dictum est: & ideo
nil prohibet aliquā delectatio-
nē ē optimum, etiā nō oīs sit talis.

A D S E C U N D U M Dicendum, q̄
rō illa procedit de optimo simplici-
ter, per cuius participationē oīa
sunt bona, nū ex nullius additio-
nis est melius: sed in aliis bonis u-
niuersaliter uerū est, qd̄libet bo-
num ex additione alterius sit me-
lius. Quamvis posset dici, q̄ dele-
ctatio non est aliquid extraneum
ab operatione uirtutis, sed conco-
mitā ipſam, ut in 1. * Eth. dicitur.

A D T E R T I U M Dicendum,
quod delectatio non habet quod
sit optimum ex hoc, quod est de-
lectatio: sed ex hoc quod est perfe-
cta quies i optimo: unde nō opor-
tet, quod omnis delectatio sit opti-
ma, aut etiam bona, sicut aliqua
scientia est optima, non tamen
omnis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum delectatio sit mensura, uel regu-
la, secundum quam iudicetur bonum,
vel malum, in moralibus.

A D Q U A R T U M sic procedi-
tur, Vf, quod delectatio nō
sit mensura, uel regula boni & ma-
li moralis. Omnia enim mensurā-
tur primo sui generis, ut dicitur

Prima Secundus S. Thomæ.

sui, quod in respon-
sione ad secundum
in prima responsio-
ne author uidetur
yelle, quod delecta-
tio est melior actu
virtutis, quam sequit-
ur: hoc enim author
non aicit, nec
intendit dicere: sed
prima responsio ibi
data responderet ma-
iori propositioni ar-
gumenti, quæ est
communissima pro-
positio, scilicet, Op-
timum nullo adiecto
sit melius, & dicit
quod est uera de op-
timo simpliciter, &
non de optimo in ge-
nere, quale est dele-
ctatio: & id eo da-
to etiam quod ex a-
etu uirtutis est et meli-
or, adhuc stat quod
sit optimum in ge-
nere. Secunda vero
responsio respondet
minori, scilicet, Dele-
ctatio addita opera-
tioni est melior, &
dicit quod operatio
non est adiecta de-
lectationi, sed intra-
anca eidem, & hæc
responsio nullam pa-
titur in sc̄alumnia,
& nihil extorquens
omnia saluat. Sic e-
nīm & est optima mo-
raliter inter bona hu-
mana summe confo-
nans rationi: quia
nihil est melius mo-
raliter ipsa, & est
minus bona natura-
liter operatione quā
sequitur: quæ est opti-
ma, & in genere
moris, & naturæ in
utroque ordine ul-
timum finis existens
quamvis diuersimode:
quia in illo com-
muni sibi & delecta-
tioni, bonitatem: in
iusto, propria: pro-
per quod in iusto or-
dine finis est etiam
delectationis, in illo
autem non.

q.1.2.8.

In corp. art.

ca.8.a med.
tom.5.

*Super quest. trigesi-
ma quartae, articu-
lum quartum,*

I N titulo articuli
quarti aduerte, q̄
quia mensura est cer-
tificativa quantita-
tis mensurabilium,
& regula certificati-
ua dispositionis, &
utrumque horum exi-
git primitatē in co-
gnoscendo, & quo-
dammodo in effen-
do secundum ali-
quod genus cause,
idcirco author pro-
ponendo hunc articu-
lum in enumeratio-
ne omnium arti-

4.di.49.q.3.
ar.4. q.3.ad
1.

K 4 culo-

L.10. metu. colorum in principiis & 4^o pio queat. querit utrum delectatio sit mensura secundum quam iudicetur: hic uero absolute, utrum sit mensura, quasi ibi primitatem in cognoscendo, hinc in effendo insinuas. Et in corpore articuli, mensuram secundum cognitionem & iudicium determinat respirationibus uero ad prius & ultimum, causitate finalem quodammodo ei tribuit.

REXT. 4. TO. 3.

4.5. post me dium, to. 5.

* Sup. illud verb. Psalmi 10. 8.

Ca. II. I prim. tom. 5.

q. 10. art. 1.

in ro.* Meta. sed delectatio non est F primū in genere moralium, sed praecedunt ipsam amor & desiderium. non ergo est regula bonitatis & malitia in moralibus.

¶ 2 Prat. Mensuram & regulam oportet esse uniformem: & ideo motus, qui est maxime uniformis, est mensura & regula omnium mortuum, ut dicitur in 10.* Meta. sed delectatio est uaria & multiformalis, cū quedam carū sint bona, & quædam mala. ergo delectatio non est mensura & regula moralium.

¶ 3 Prat. Certius iudicium sumitur de effectu per causam, quā ecō uerlo: sed bonitas, uel malitia operationis est causa bonitatis, uel malitiae delectationis, quia bona delectationes sunt quæ consequuntur bonas operations, mala autem quæ malas, ut dicitur in 10.* Eth. ergo delectationes non sunt regula & mensura bonitatis, & malitiae in moralibus.

SED CONTRA est, quod * Aug. dicit super illud Psalm. 7. Scrutas corda & renes Deus, Finis curæ & cognitionis est delectatio, ad quam quis nititur peruenire. Et Philosophus dicit in 7. † Ethic. qd delectatio est finis architectorū, id est, principalis, ad quam respicientes, unumquodque hoc quidem malum, hoc autem malum, simpliciter dicimus.

RESPON. Dicendum, quod bonitas uel malitia moralis principaliiter in uoluntate consistit, ut supra dictum est; utrum autem uoluntas sit bona, uel mala, praecipue ex fine cognoscitur: id autem habetur pro fine, in quo uoluntas quiescit: quies autem uoluntas, & cuiuslibet appetitus in bono, est delectatio: & ideo secundum delectationem uoluntatis humanæ præcipue iudicatur homo bonus, uel malus. Est. n. bonus & uirtuosus, qui gaudet in operibus uirtutum: malus autem, qd in operibus malis. Delectationes autem appetitus sensitivi non sunt regula bonitatis, uel malitiae moralis: nam cibus communiter delectabilis est secundum appetitum sensitivum K bonis & malis: sed uoluntas bonorum delectatur in eis secundum conuenientiam rationis, quā non curat uoluntas malorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod amor & desiderium sunt priora delectatione in via generationis: sed delectatio est prior secundum rationem finis, qui in operabilibus habet rationem principii, a quo maxime sumitur iudicium, sicut a regula uel mensura.

A D SECUNDVM dicendum, quod omnis delectatio in hoc est uniformis, quod est quies in aliquo

bono: & secundum hoc potest esse regula uel mensura. Nā ille bonus est, cuius uoluntas quiescit in uero bono: malus autem cuius uoluntas quiescit in malo.

AD TERTIVM Dicendum, quod cum delectatio perficiat operationem per modum finis, ut supra dictum est, non potest esse operatio perfecte bona, nisi etiam adficit delectatio in bono: nam bonitas rei pendet ex fine, & sic quodammodo bonitas delectationis est causa bonitatis in operatione.

QV AESTIO UX XXV.

De dolore, seu tristitia secundum se, in octo articulos divisâ.

E INDE considerandum est de dolore, & tristitia.

¶ Et circa hoc primo considerandum est de tristitia, seu dolore secundum se. Secundum, de causis eius.

Tertiò, de bonitate, uel malitia eius.

CIVICA primum queruntur octo.

¶ Primò, Vtrum dolor sit passio animæ.

¶ Secundò, Vtrum tristitia sit idem quod dolor.

¶ Tertiò, Vtrum tristitia, seu dolor sit contraria delectationi.

¶ Quartò, Vtrum oīs tristitia oī delectatiōi corrariet.

¶ Quintò, Vtrum delectationi contemplationis sit alia tristitia contraria.

¶ Sextò, Vtrum magis fugienda sit tristitia, quā delectatio appetenda.

¶ Septimò, Vtrum dolor exterior sit maior, quam dolor interior.

¶ Octauò, De speciebus tristitiae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dolor sit passio animæ.

AD PRIMVM sic procedit. Vr. qd dolor non sit passio animæ. Nullan passio animæ in corpore: sed dolor potest in corpore. dicit. n. Aug. in li. de uera relig. qd dolor, qui dī corporis, est corruptio repentina salutis ciuii rei, quam male uento anima corruptioni obnoxiauit ergo dolor non est passio animæ.

¶ 2 Prat. Oī passio animæ pertinet ad uim appetitivam: sed dolor non pertinet ad uim appetitivam, sed magis apprehensuam. dicit. n. Aug. in li. de natura boni, qd dolor in corpore facit sensus resistens corpori potentiori. ergo dolor non est passio animæ.

¶ 3 Prat. Omnis passio animæ pertinet ad appetitum animalium, sed dolor non pertinet ad appetitum animalium, sed magis ad appetitum naturale. dicit. n. Aug. 8. super Genes. ad literam: Nisi aliquod bonum remansisset in natura, nullius boni amissi esset dolor in pæna. ergo dolor non est passio animæ.

SED CONTRA est, qd Aug. 14. de ciuit. Dei, ponit dolorem inter passiones animæ, inducens illud Virgil. Hinc ceterum, cupiunt, gaudentque, dolentque.

RESPON. Dicendum, qd sicut ad delectationem duo requiruntur. scilicet coniunctio boni, & perceptio huiusmodi coniunctionis: ita et ad dolorem duo reguntur. scilicet coniunctio alicuius mali, quod ea ratione est malum, quia priuat aliquid boni, & pceptio huiusmodi coniunctionis. Quicquid autem coniungitur, si non habeat respectu eius cui coniungitur, ratione boni uel mali, non potest causare delectationem, uel dolorem. ex quo patet, quod aliquid sub ratione boni, uel ma-